

lantius cachinnantem, quamquam adhuc tener, vultu notaverit aversato. Is Philippus humillimo ortus loco 4 fuit, patre nobilissimo latronum ductore.

Decius e Pannonia inferiore, Bubaliae natus, impe- 29
5 ravit menses triginta. Hic Decium filium suum Cae- 2
sarem fecit; vir artibus cunctis virtutibusque instructus, placidus et communis domi, in armis promptissimus. In solo barbarico inter confusas turbas gurgite palu- 3
dis submersus est, ita ut nec cadaver eius potuerit
10 inveniri. Filius vero eius bello exstinctus est. Vixit 4
annos quinquaginta. Huius temporibus Valens Luci- 5
nianus imperator effectus est.

Vibius Gallus cum Volusiano filio imperaverunt 30
annos duos. Horum temporibus Hostilianus Perpenna 2
15 a senatu imperator creatus, nec multo post pestilentia
consumptus est.

Sub his etiam Aemilianus in Moesia imperator 31
effectus est; contra quem ambo profecti apud Inter-
annam ab exercitu suo caeduntur, anno aetatis pater
20 septimo circiter et quadragesimo, creati in insula Me-
ninge, quae nunc Girba dicitur; Aemilianus vero 2
mense quarto dominatus apud Spoletium, sive pon-
tem, quem ab eius caede Sanguinarium accepisse no-
men ferunt, inter Oericolum Narniamque, Spoletium
25 et urbem Romam regione media positum. Fuit autem
Maurus genere, pugnax nec tamen praeceps. Vixit 3
annis tribus minus quinquaginta.

Licinius Valerianus, cognomento Colobius, im- 32
peravit annos quindecim, parentibus ortus splendissi-
30 mis, stolidus tamen et multum iners, neque ad usum